Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Analecta adversaria ex diversis conscripta - Cod. Donaueschingen 52

Reichert, Beda

St. Georgen zu Villingen, [3. Viertel des 18. Jh.]

Lat. Zusammenfassung der Geschichte des Hl. Gregorius und seiner Reliquie

urn:nbn:de:bsz:31-7507

Visual Library

S. Gregorius, Martyr Romanus, S. Hippolyti Commentariensis, et Martyris (si conicitare licet) domesticus. Conversus ac baptizatus à S. Laurentio Archi=diacono. Martyrij palmam sub Valeriano Imperatore cum octodecim utriusque sexus socijs de familia S. Hippo=lyti (cum prius omnes sacra Sinaxi refecti essent) ante Tyburtinā (hodie S. Laurentij) portam in agro Verano capitis abscissione promeruit 13 Augusti anno Christi ducentesimo quinquagesimo octavo. Aetatis suo circiter decimo octavo. Sepultus cum hero suo, ac socijs in vicino predio S. Cyriaco nobilis viduo et Martyris, prope sepulchrum S. Laurentij: Elapsis dein septuaginta circiter annis à nece S. Gregorij, supra eiusdem ac Hippolyti et Sociorum Sacra Corpora insignis Basilica S. Hippolyti nomine, extructa fuit; ad quam, Prudentio teste, non autem Populus Romanus, sed et adiacentes Provinciae confluere consueverant: Translatis posteà Sacris Hippolyti exuvijs in Germaniā, et collabente, pro nimia vetustate eiusdem Ecclesiâ, (cuius antiqua vestigia inter vineta Monasterij S. Laurentij adhuc extare dicuntur) Corpus S. Gregorij in eodem S. Cyriaco praedio circa annum Christi Millesimum Sexcentesimum quinquagesimū inventum, et de mandato Innocentij X. Pont. Max. Coeme=terio extractum est, quod deinde abs Rmo et Illmo Domino D. Francisco à Sonnenberg etc. Equestris Ordinis S. Joannis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hierosolymitanj Magno Hungariæ Priore, et Commendatore in Villingen, Leüggeren, Hohenrein et Heiden, etc. Monasterio S. Georgij in Hercinia Sylvâ Ordinis S. Benedicti piâ et religiosâ liberalitate donatum, eidem Ascoeterij Templo et Altarj recens Villingo extructis, pridieq[ue] Dedicatis anno millesimo sexcentesimo sexagesimo nono. die 25 Sept. Solenni Processione (cui etiam Rmus. et Amplissimus Dominus D. Georgius Sigismundus Episcopus Heliopolitanus et Suffraganeus Constantiensis interfuit) honorifice illatum, ibidem nunc religiose colitur. Festum quotannis quartâ Dominicâ Octobris, sub ritu Duplicis secundae classis, cum octavâ, celebratur.

Mathei cap: 10.

In der Zeit sprach der Herr Jesus zu seinen Jüngeren: Es ist nichts verborgen, das nicht offenbahr werde: Und ist nichts heimlich, daß man nit wissen werde. Was ich euch sage in der Finsternuß, das redet im Liecht: Und was ihr höret in das Ohr, das prediget auff den Dächeren. Förcht euch und auch nit vor denen, die den Leib tödten, und die Seel nicht mögen tödten. Förcht euch aber viel mehr vor dem, der da mag Leib und Seel verderben in die Höll. Kaufft man nit zween Spatzen umb einen Pfennig? Noch fällt derselbigen keiner auff die Erden ohne eweren Vatter. Nun aber, seind auch ewere Haar auff dem Haupt alle gezehlt. Darumb förchten euch nit. Ihr seyd besser dan viel Spatzen. Darumb der mich bekennet vor den Menschen, den will ich bekennen vor meinem Vatter im Himmel. Wer mich aber verlaugnet vor den Menschen, den will ich auch verlaugnen vor meinem Vatter im Himmel.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg